



21.90

- 1 Causæ cur Magistratus Augustarum Confessio
sionis ad Concilium Tridentinum oportedant
2 Vanux Thesaurus Insymptus R. Cœlestij
3 Ejusdem statuta Collegij Canonicorum.
4 De Confessione fidei Oratio. Coronis.
5 Ratio Formandi studij Theologicis Hieros.
6 Homo Disce Morj., Weller.
7 Catalogus Prodigiorum circa Nativitatem
Dominicam M. Bend. Düberi.
8 Ejusdem disputatione de Incarnatione Christi.
9 Ejusdem oratio Ex saec Cap. II.
10 De Disfido In Religione, Incerti.
11 Dialogi de diversis Religionibus Joh: Polido.
12 Fastrum ludit Iesus Christus duar Salicatu.
13. No' 2. sole stifer: Discor
men Sententiarum Lii
then: Sacramentariorum
et Pontificiorum in materia
Carne dei.





DIALOGORVM

LIBELLVS, IN Q VO DE DIVERSIS
Religionibus ac hæretibus , deq; earum proditione
ortu ac origine & quâre prouidentissimus Deus eas
permiserit argumentis & rationibus in vtramq;
partem diductis agitur ac tractatur,
& vbi verus Dei cultus
sit querendus.

Per Iohannem Polidorum Deldensem.
Thologiae Candidatum.



Apogyca Ysogycæ.

VLTRAIECTI.

Salomon Arnoldi, & Iohannes Conradi,
Excudebant. 1589.



CLARISSIMIS AM-

Plissimus magnificientissimus doctissimusq;
Dominis urbis Franckfordi ad Menum congregatis
Consulibus ac Senatoribus scienciaru
virtutum bonorumque morum patronis in
tegerrimis, qui consilio ac prudentia
reipublicæ praefuerunt.

Año. 1589.

Constat ac in proposito est clarissimi magnificientissimiq; Dñi multos ingenio ex celsò ac præstanti utriusque Philosophie viros ad hæc usque tempora indefatigabiles in inquirendæ veritatis studio labores exantasse. Glaciem secuisse corticemque, ut ad verae sapientiae nucleus pertingent confregisse. Est enim mons velut aureus diuinae sapientiae thesaurus, in quo magna solertia cura & industria, aurum oditur, queritur & tandem excoquitur, donec ad puritatem clarissimumq; splendorem reieatis undique fardibus ac scorijs redigatur q. yodipium veritati consentaneum esse fatebitur, qui utriusq; instrumenti volumina intenta mentis ac illuminato cordis oculo perlustrauerit atque per spexe-

spexerit, quantis typis figuris ac iuolucris diuina prophetarum oracula scateant, quam multa dogmata tropologie atq; allegorice dicta inueniantur. Ex quibus ipsam veritatem mysticunqu; sensum eruere ac enodare nō parui momēti, vt multi ī diuersum parum cordati & circumspicti blaterant effutientes diuina eloquia esse perfacilia, & cuius accessu obvia ac penetrabilia, Sed magni laboris opus esse atq; negocium assuerabunt illi, qui vt est in proverbo sine cortice natare, ac candida de nigris & de carentibus atra, decocto iam cerebro longoq; vsu ac labore exercito exultoq; ingenio seiungere, Ipsumque Nicostratum ac Archimedem in discernendis causarum discrimini bus se præstare possunt, Ita enim ordinatū ac constitutum ī natura a diuina maiestate esse videm⁹, vt non descendamus ad egregia præclara ac ardua, nisi magna sedulitate labore atq; industria, vnde callem virtutis dexterum constat esse arduū, magnisq; difficultatibus spinis & carduis, qui ingredientibus scrupulos pariant plenum, Ne tamen itineris cœlestis difficultas ingressori s studio- fos deterret, & a recto tramite ad sinistrū viciorum biuum auerteret prouidentissim⁹ cupidissimusq; salutis humanæ deus cū per se tū per electos ad hoc viros, itineri isti quomodo insistendum & ingrediendum sit viam nobis aperuit & ostēdit

A 2



saxu inque immane quod sepulchro impositū la-
cebat quod iter facientibus obstaculo erat , diuini
sui verbi virtute & veluti clarissimo sole amouit,
Ita ut non obstructo amplius repagulo, cu iuis di-
uina grāzia atq; charisitate illuminato diuinae ac
cælestis sapientiae penetralia sive sacraria reser-
tur ac aperiantur. Ex quib⁹ ut scintillulas aliquas
aut virtutis meæ si qua est inicas, accenderem atq;
de promerē, proximoque communicarem, hoc in-
genij qualecunq; munusculum euulgari typisq;
imprimi curavi, debet enim esse , iuxta vetus ada-
giū ex longo hominū æuo probatum, omne bonū
maxime intrinsecum, cōmunicatiūm, quod quo
magis propagatur & extenditur , eo utilius & ef-
ficacius efficitur , in quo diuulgando tanto vigi-
lantijs & diligentius laborare oportet , quanto
violentius & crudelius aduersarius noster per fa-
tellites suos persecutions exerceat, cernimus nam-
que quam fraudulenter & nefarie domini vineam
dissipat & dispergit, veram vnam & sinceram re-
ligione conturbat scripturamq; sacram varijs
& inextricabilib⁹ erroribus implicat , singularisq;
ac veri dei rectūm calleūm suis ambagib⁹ & an-
fractib⁹, ita inuoluere atq; obstruere nititur, quod
ad verū ipsum difficulter ad nodū peruenit. Ha-
bet enim fraudulentus ac subdolus ille hostis suos
quibus simplicium pariter & circumspetorum
mentes captiuas & suspensas detineat , laqueos,
quibus

quibus ne irretiti teneantur, circumspete cautelam
que videndum est, inque aie eum militibus cap-
tivis standum, ut armatura dei induit for-
titer resistere tandemque legitime concertando
victoria potiri, & immarecessibilem hinc nobis
promissam coronam consequi valeamus, et sic
tandem immensum & spacious scripturarum
diuinorum campum ac pelagus, in quo Agnus
natare leoque submergi, ut est in proverbio pos-
set, percurrere atque penetrare, ut omnes in vni-
tatem fidei virumque perfectum currere, deni-
que creatorem nostrum vere cognoscere recte
timere ac colere, omnibusque tenebrarum do-
ctrinis dispulsis ac semotis, unum nostrum impe-
ratorem, ducem atque caput Christum Iesum
crucifixum, in quo omnia membra sensusque collo-
cati sunt, sequi possimus, ut post multas quibus
veritas adeoque omnes virtutes acquiruntur dif-
ficultates, recte tandem videamus audiamus at-
que loquamur. Is enim vere atque spiritualiter
videt, qui veritatem qui est Deus vel deum in
quo est veritas oculis cordis aspicerit, is recte au-
dit, qui diuinas voces & præcepta vitalia pectori
suo affigit, Is diuina loquitur, qui coelestia dis-
serens, virtutem ac maiestatem dei singularis enar-
rat, quibus virtutibus qui caruerit, licet videat
cæcus licet audiat, surdus, & quamvis loquatur e-
linguis ac mutus existimandus est. Cuius diuini
luminis ac

cœlestis beneficij si quod gratiōse datū, vt omnes
verit̄ item quērentes & amplectentes compores
atque participes redderem, in lucem emitti, sub-
que nominis vestri titulo qui artes & scientias di-
ligitis & asseritis imprimi & ad perpetuam famā
consecrare volui, quod qualecunque fuerit ḡcato
ac beneuolo p̄etore eum Assuero Pasarum Rege
ipsum animi affectum comprobare solito, aspicere
candideque consulere, nostraſq; margaritas ac
gemmas a nonnullis Aſſopicis Gallis admodum
hoc b̄arbarico turbulentō & ab humanitatis stu-
dijs auerto ac alienato ſeculo ſpretas legere per-
ſpicere, eq; luto ipſo ne ſuum fulgorem penitus
amittant explicare velitis, Quod eo humanius ac
ſauorabilius facturos vos arbitror quando ipſi
longo vſu rerumque experientia cdocti exploratim
habeatis, quantis laboribns & difficultatibus imo
ſumptibus & impensis ad ſapienſiae ſacrosancta
penetralia perueniatur, nihilque ciuilius eſſe teſte
philofophorum priuice, quam erga ſcienciarum
virtutumq; affectiones & habit⁹ magna industria
conquilitos pietate atque humanitate tangi affici
atque commoueri, Mens vobis mentem ſuprema
inspiret & addat, vt donis animi
ſint vesti animique
parati.

DIALOGVS PRIMVS

in quo duæ Personæ introducuntur loquentes
Philoponus & Cœlestinus.

PHIL. **V** Alde anxius, multumq; sollicit^r
fui. Cœlestine cœlestium, diui-
narumq; rerū indagator acerri-
me, in exquirendo vero diuini nominis cultu, quæ
potissimum religio, hoc nostro variabili seculo,
quod tantis doctrinarum fluctibns turbari dissí-
pari confundiq; videmus, diuinæ maiestati acc ep-
tissima & congruentissima videri & esse possit.
Ad cuius rei exactam cognitionem licet summo
labore ingenijq; meis intensis neruis, remo clauo-
q; contenderm, in scirpo tamē nodum ac in cor-
tice succum querere me video, dum inter tot dis-
ciplinarum ac traditionum fluctus ac procellas
nutantem nauiculam ad portum certumq; littus
deducere non valeo, video enim & considero nos
in hæc ætatum tempora incidisse, quibus conue-
nientissima Hieronimi sententia esse potest de dis-
rupta Ecclesiæ concordia ac vnitate loquentis.
Quoniam (inquit) vetus oriens diuisus est, & do-
mini inconsurilis tunica desuper contexta minu-
tim per partes est discerpta, difficile est vbi fons
signatus & hortus conclusus reperiatur, in tanto
itaq; turbine opinionum errorumque labyrinto,
quo Daedalus ille & frauduletus pacis Christianæ

ac



ævnitatis hostis vniuersum pene mundum implicauit & inuoluit Ariadne loco esse, mihique sapientiae quoddam filum quod ex biuio ad rectum iter me ducat, subministrare, tabulamque in tanto naufragio, in quo multos perisse perire ac perituros esse certum est, ut ad portum veritatis anhelare possem, portigere velis, cui petitioni ac desiderio succedat fauor & acquiescat ante omnium omnis sapientiae fons & largitor Dominus Deus Iesus Christus qui omnia quaecunque sunt euictura, diuinio suò consilio omnia sic disponente in multis sanctæ scripturæ locis, cù per diuinios vates Evangelistas & Apostolos tu per semetipsum predixit.

Cœlest. Nodum certe cassioticum sive Gordianum ipsi Mercurio ac Appollini dissoluendum mihi proponere videris. Philopone sinceræ religionis atq; fidei amantissime, cultor circumsepta namque veritatis via tam multis videtur esse anfractibus, ut ne Exceestides quidem rectam viam iniuenerit, vera enim magni ciuitatis Doctoris est sententia, diuinam scripturam, magnum esse & immensum mare, in quo agnus natare, leoque ut in prefactione dictum est possit submergi, & veritatem in altissimo quodum puto, ut Democritus Philosophus Ethnicus dicebat, esse demersam, unde haud facile hauriri possit, sed quoniam christiane charitatis fædus ipsumque sacrae religionis quo a deo religati ac copulati simus vinculum nexusque postulat, ut scilicet omnibus pietatis

etatis & humanitatis officijs alter alteri cum in corporis tum maxime in animi potiori cultu succurat , quantum ingenij mei diuina charismata possunt & concedunt , ab omni ambiguitate & dubitatione animum tuum liberabo ; teq; quam viam ingredi insistereq; debeas, sanis doctrinis & rationibus non ex Philosophorum siccorum lacunis, sed ex ipsis redundantibus ac veris dinarum scripturarum fontibus adductis erudiam.

Philop. Arduam quidem nec cuius penetrabilem rem, quam a te mihi præstandam peto esse fateor, sed crassis stupidis Gallisq; Alopis splendorem ac diuinę sciencię gemmar nescientibus spiritualibus tamen & diuinitus edoctis inq; lege Dei exercitatis viris quibus veritatis arcanum est reuelatum, negocium non adeo durum asperum, & confragosum, carnalis ac terrestris homo, non percipit ea quae sunt spiritus, Spiritualis autē diuiciat omnia, quoniam ipse spiritualiter examinatur, inquit D. Paulus, Tu ergo Cœlestine spiritualliter procul dubio edoctus , vt nomen tuum insinuare videtur, sapientia diuinę penetralia ac claustra aperias, verum religionis iter doceas , animūque meū in recta pietate & cultu erudas atque compinas, vt omni antiporia ac dubitatione subita verbum Cliropore iste in corde meo gustare, hoc est in fide stare stabilis & incōcussus esse possum , disco namque & lego , quod Dominus fidelis fides etiam hoc est in fide certos & stabiles non hesitantes & vacillantes requirat.



Cœlest. Mi Philopone quoniam veritatis ve-
req; pietatis studiosus es & cupidus amator, scien-
dum est in rebus fidei animū omnino a terrestri-
bus abstrahendum veluti id ipsum eleganter docet
Nazianzenus qui hunc in modū loquitur, mens
nostra ad interna bona contemplanda non perdu-
citur & inuitatur, nisi ab his quæ exterius implicat
studiose subtrahatur, mens nostra ad viam internæ
contemplationis nullo modo rapitur, nisi a tene-
norum desideriorum tumultu diligenter sopiaatur,
quæ sententia cœlo digna hoc insinuare videtur,
ab obiectis & sensibilibus remouendum esse ani-
mum in misterijs arcanis atq; diuinis, multaque fi-
de oportere concipere, quæ intellectu aut ratione
nostra quæ tenebrosa cæca & obscurata est nō va-
leamus cōprehendere, sicuti ex ipsa fidei quæ apud
D. Paulum extat definitione patere potest, quando
asserit, fidem esse substantiam rerum sperandarū
argumentum non apparentium, quale est inscruti-
bilis & incomprehensibilis sanctæ trinitatis, qui
omnē sensum & captū exuberat & excedit, articu-
lus, qui nulla cogitatione aut ingenio alioqui per-
spicaci comprehendendi discutique potest, Item de
mirabili & portentifico mundi atque adeo vniuersi
opere quod nulla ingenij acrimonia quo pacto &
vnde tanta rerum moles ceperit & extiterit nec
Aristoteles, Thales, Empedocles aut Archimedes
nullique Philosophi licet sultilissimi, inuenire aut
concipere potuerunt, cū enim carnali suo ingenio

om-



omnia perscrutari conati sunt , in densissimas errorum tenebras turpiter prolapsos ac precipitatos esse legimus, nullam ponentes formam, quam non praecesit aliqua rudis aut imperfecta saltem materia, in rebus ergo diuinis & theologicis nō physicorum aut philosophorum more ex sensibilibus insensibilia tantum metentium aut colligentium procedendum Sed sensus nostros omnino captiuandos, ne in inextricabiles errorū exitus deducamur, neque post multas inanis & inutiles deliberationes ac curiosas mentis conceptiones , cū Simonide dicere faterique cogamur, Ieron regi ac tiranno post triduanum deliberationis tempus, quid esset Deus respōdenti hūc in modū. Q yanto magis quāro, quid sit deus tanto minus intelligo.

Philop. Compertum habeo, & video ex mirabilibus operibus & rebus creatis ipsum quoque Deum earundem creatorem ac opificem tam in actione quam in contemplatione positis mirabilē imo incomprehensibilem esse plurimaque cerni nobis penitus ignota & extra humani intellectus captum posita, de quibus modeste ac sobrie, quoniam mentis aciem superant sentire oportet, in quibus fide non intelligentia procedere conuenit. Tu autem queso mihi differito, quæ mihi in tantis tamq; varijs & perplexis religionis ambagibus sit amplectenda doctrina , quæ rectissima via ad celestem patriam, vnde ut diuinus ille Plato dicebat originem trahimius me reducat. Sic enim ait

in



in Axiocko, Corpus mortale non est Homo , su-
mus enim anima siue spiritu animal immortale,
Seclusum in mortali sepulchro.

DIALOGVS SECUNDVS.

Cœlest. **S**icire ex me desideras Philopone quod
spotius sit eligendum religionis iter,
ad hoc ut recto tramite ducaris , terminus tibi a-
liquis ac index ponendus & constituendus , ne in
biuivum aut sinistrum erroris calle , quem multi
superstitionibus tenebris ac errorib⁹ imbuti am-
bulant deflectas. Seruetur ergo hoc ad vitandam
sententiarum quibus vera sanaque Christi doctri-
na confunditur & perturbatur, confusionem the-
orema ac proloquium : Ipsum deiverbum om-
nis rectitudinis est norma , amissis & gnomon,
cui quicquid non conuenit rectum esse non po-
test, veramque Dei illam esse religionem & cultū,
qui eius verbo tanquam diuinę voluntatis specu-
lo omniumq; bonorum morum penuario domi-
cilio atque theatro congruus conformisque mo-
stratur. Est enim verbum dei uberrimus omnis
sapientiae cœlestisque doctrinæ fons , a quo si riui
aberrauerint, subito atescant necesse est.

Philop. Intelligo Cœlestine sententiam tuam
quam proponis, quod scilicet sacra scriptura di-
uinitus inspirata debeat esse omnis scienciarum &
rectitudinis regula meta ac terminus, extra quem

Si quis longius euagatus fuerit in biuum cadat
vnde vix regredi potest, necesse sit, Ne enim mens
nostra admodum ceca & tenebroso corporis er-
gastulo siue domicilio circumsepta, proprium sibi
cultum imaginaretur ac effingeret, misericors
prudentissimusque Deus nobis suum verbum,
quod omnium oraculorum, visionum ac reuelationum, adeoq; cunctorum venturorum propheta-
tarum atque doctorem autoritatem ac eminentiam excederet & superareret, tanquam terminum
metamque constituit, speculumq; diuinæ suæ vo-
luntatis paternæ clementerque reliquit, ut testatur
vetustus ille doctor ORiginis (qui sic inquit) ne-
cessere est nobis scripturas sacras in testimoniu-
care, sensus quippe nostri & enarrationes sine his
testibus non habent fidem. Cui intentiæ alien-
titur & accedit insigniter doctus TERullian⁹,
omnem doctrinam de mendacio prejudicandam
quaꝝ sapiat contra eloquium Dei, similiter AM-
BROSIUS Lib. 2. de virginitate, Nos (inquit) noua
omnia quaꝝ CHRISTUS nō docuit iure daramus,
quia fidelibus via est CHRISTVS, si ergo CHRISTUS
non docuit quod docetur, nos id detestabile iudi-
camus, sed miꝫ Celestine pro veritate utrumque
pugnatur, unusquisq; in sui dogmatis secta quam
prophetæ & apostolæ tñstruunt, strenuū doctore se prestatæ
laborat, quil. bet in doctrinæ suæ quam defendere
nititur, evidentiam ac confirmationē SCRipturas
sacras cū patrū Doctoruq; vitoru testimonia pro-

viribus adducit, vnaquæque secta congregatio ac conciliabulum magnos & graues sententiarum suarū Authores antesignanos defensoresq; iactare videtur, quis inter hos punctum attingit, quis clānū rectum tenet, cui tanquam Nicostrato calculus addetur, cū interim vt unus singularisq; est deus, ita vnam simplicemque veritatem esse necessè sit.

Cœlest. Ardua certe & difficilis questio, quæ tot tantosque defatigauit viros, magnum & excelsum in tanto discrimine ac iudicio Iouem vel Paridem, qui talem controversiam certamenque dubium ac ambiguū dirimeret, requirere videtur Pater noster ac Dominus qui condidit firmavitque cœlum, qui solem cum ceteris luminibus induxit, qui libratam magnitudine sua terram val lauit montibus Maria circumfudit amnibusque distinxit & quicquid est in hoc opere mundi conslauit ac perfecit ex nihilo, perspectis erroribus hominum, ducen misit, qui nobis iusticię veritatesque viam panderet hunc sequamur, hunc omnes audiam⁹, huic sincero animo, cordeque parato pareamus, qui solus (vt ait Lucretius:) Veridicis homnum purgauit pectora dictis, & finem statuit cuppedinis atque timoris exposuitquæ bonum sumimum quo tendimus omnes quod fetet, atque viam monstrauit limite paruo, Quo possemus ad id recto contendere cursu. Ad hunc veniant qui esuriunt, vt cœlesti diuinoque cibo



ac
im
are
la-
us,
is,
it.
æ
x-
el
ue
ur
it-
n-
l-
ue
n-
a-
i-
m-
æ
d-
o-
e-
e-
ebo saturati sempiternam famem ponant, acced-
dani qui sitiunt ut aquam salutare de perenni cœ-
lestique fonte plenissimis fauibus trahant, hoc
cibatu atque potu Dei & cæci vibebunt & surdi
audient & muti loquentur, & claudi ambulabunt
& stulti sapient & ægroti valebunt & mortui reui-
uiscet, quisquis corruptelas terrae virtute calcaue-
rit, hunc arbitret ille summus ac verax iudex ad lu-
cem vitamque perpetuam suscitabit.

Philop. Consentio & fatcor haec omnia a te
dicta non esse erronea & falsa, sed veritati cui contra
dicere ac resistere nemo debebat, consentanea,
Est enim in terra hac ecclesia, hoc est visibilis fide-
lium Christianorum uno ore & cōfensu verā Dei
doctrinam profitentium congregatio cui Iesu
Christus se ducem fiduīque patronum ad consu-
mationem usque seculi ad futurum promisit sed
instanter vrgco & iustigo, ubi & penes quos illa
existet, ruptum enim est charitatis humanaeque; cō-
cordiae ac christianæ societatis vinculum, unde
regna dissipata, dominicūque gregem dispersum
creboque dispergi videmus, ita ut denuo ad verum
Christi ouile omnes hinc inde errantes dispersasq;
oues reducere sit difficile, Papistæ sc Catholicos
vniuersalem eorum fuisse & esse doctrinam ac reli-
gionem cum traditionibus seu successionibus or-
dinarijs, tum authoritatibus & reuelationib^o san-
ctorum insistentes existimant, itmo pugnant atque
concertant Donatistæ Caluinistæ ac Anabaptistæ,

innumeriq; alij religionis assertores Euangelicos
se reputant & profitentur diuina dogmata ac testimonia,
veteru inque patrum sententias in assertiones
defendendas allegant, omnes se Catholicos &
Apostolicos cōprobare ambabus (vt aiunt) in
inanib; admituntur, nemo hastam abiicit, quisque
pro vero dimicat , procaciterq; etiam insultans
doctioribus & illuminatis diuina gratia viris , a
quibus doceri instruique & debuerat & poterat,
resistere & obloqui audet. Sic clavis clavo pelli-
tur, tragula iniicitur, palpumq; palpo obtruditur
& dum inaequali cursu a quibuslibet in stadio pro
acquirēdo bravio curritur , ad ipsum scopū vnius
veritatis littusq; perfectionis difficulter perueni-
tur.

DIALOGVS TERTIVS.

Cœlest. **A**D hanc controuersiā & rei difficultatem determinandam, opus est illuminato mentis oculo singularum ecclesiarum religionen, naturam & proprietatem, tum rationes & argumēta, quibus assertores innitantur, insueri atque perspicere quantum ergo ad cultum attinet papisticum, videmus illum admodum esse luxuriosum, tragicoque splendore ac Sardanapalica pompa exquisitum diffluere, in cortice sat splendidum ac magnificum, rituque Iudaico nimis adumbraticum , & nescio quibus non signis
figu-

figuris ac typis , ne dicam gesticulationibus im-
pijsque ac proteruis illusionibus inuolutum , cul-
tum omnino alphabeticum & elementarem a quo
testante Paulo per ipsum christum , qui tanquam
Sol omnes vanitatum ac umbrarum figuratum
que nebulas veritatis suæ radijs dispulit , cortice-
que fregit ac disruptit , intimumq; nucleus exhibi-
bit atque ostendit , traducti ad mistica & spiri-
tualia translati sum⁹. Peccant ergo in excessu hoc
est in immodico & superfluo religionis ritu , unde
in contrarium vicium nempe superstitionem pro-
labuntur , qui in colendo modum atque discre-
tionem excedunt , ex quo apparet & consequitur
religionem & sapientiam non posse neque debere
deduci ac separari , falluntur enim homines quod
aut religionem suscipiunt omisa sapientia ut Pa-
pistæ , aut sapientiæ soli student , omisa religione ,
ut multi Ethnicorum , qui omne studium labore-
que in sapientia humana hoc est philosophia
construerunt cum alterū sine altero esse nō posse
cadunt ergo ad multiplices religiones sed id o-
falsas , quia sapientiam reliquerunt , quæ illos do-
cere poterat , et ab ipsa superstitione ad religionē
a facilitate ad ipsam veritatem traducere . Sic ho-
mines qm alterum suscipiunt , vitam deuia , maxi-
misque erroribus plenam sequuntur , quoniam
in his duobus inseparabiliter connectis , & officiū

B



hominis & veritas omnis inclusa est, si quis enim hominē qui vere sapiat interroget, cuius rei gratia natus sit, respondebit interpidus ac paratus, nō conspiciendi solis ut Et̄hnieus quidam philosophus opinatus est, sed solendi se dei gratia natum esse, qui nos ideo generauit, ut ei seruamus, servire autem deo, ut testis est lactantius, Lib. 3. De falso Sapientia, cap. ix. nihil aliud est, quam bonis operibus, tueri & conservare iusticiam vnde concluditur longe a vera diuinarum rerum contemplatione ac veritatis cœlestis perspectione remotos esse papistas.

Philop. Sed vrgēt instantq; papistæ, Damasceni documentis insistentes, aliorūque patrū ac majorū, quos orthodoxos appellant authoritatibus, siveque assertiones traditiones documenta atque statuta defendere studēt, ex Damasceno sic ratione nancit. Quoniam ex diababus partibus sensibili scilicet & insensibili corpore scilicet & anima cōpositi sumus, duplēm quoque cultu in deo prestatre iubemur, vnum qui in extero affectu & operatione, alterum qui in interiorē mentis contemplatione cōsistit, vnde & duplēm vitam, unam actiūm quam Practicam, alteram contemplatiūm quam Theoricam nominat, Theologi dēducunt.

Cœlest. Sed mihi Philoponē Paule ante dictū

est in rebus diuinis atq; religionis negotijs, animū
a terrestrib; esse deducendū, & in conseruanda rei
veritatē non majorum authoritatem attendendam
sed ex ipsa sacra scriptura omnis rectitudinis nor-
ma veritatem esse petendam. Non enim vt ait D.
Augustinus audiamus hęc dico, hęc dicis hęc
dicit, sed audiamus hęc dicit dominus. Item non
majorum assertio ac traditio, sed authoritas diui-
narum scripturatum, & domini dicentis imperiū
attendendū, sunt (vt inquit idem doctor) libri do-
minici, quibus accedere acquiescere & consentire
debemus, ibi queramus thesaurum, ibi discutia-
mus causam nostram, sicuti enim Deus est inuisibili
& ēternus, ita inuisibili & ēterno culu colen-
dus est testante Ioanne Euangelista, Cap. 4. Deus
(inquit) est spiritus & adorantes eum oportet in
spiritu & veritate adorate, nisi enim ipsum Dei
verbum omnis rectitudinis normam constituam-
us, & veluti guomonem ad quem tanquam ly-
dium lapidem omnia probentur & examinentur
ante oculos nobis propanamus, numquam erit
litigii cōtroversiarū dissidiorūque in religione ter-
minis ac finis, Imago enim vera dei sensibilis ho-
mo per lapsum in intellectū & dei cōtemplatione
deprauatus, nouo rūq; morū ac titiū, vt cōstat de
populo Iudaico auid^o, semper sibi nescio quā por-
teta, ludibria & cult^o cīimaginabitur atq; effinget

simulachra constitueret, quib⁹ creatorē suum cole-
re tentabit, Ad que ludibria semper populum a
recta dei cognitione, quoniam scripturas sanctas
diuinæ veritatis fontes non habuit, remotum &
alienum turpiter prolapsum fuisse legimus, ut no-
tū est de gentilissimo, deq; alijs barbaris eū clap-
si tum nostri adhuc temporis gentibus, in quantū
errorum biuum se præcipitauerint, dum aut ip-
sum veritatis fontem Deum nō cognoverint, aut
reliquo dei verbo, ad quod t̄ inquam amissim om-
nia exploranda erant, proprios sibi vanos & de-
moniacos cultus effinxerint atque exercent.

Philop. Sed obſtunt & reclamant, se prepo-
ſitiū am in ecclēſia habere, Ecclēſiam Catholīcā
imo Romanā ut magis conscientias simplicium
conſtrīgunt pretendentēs, quae cum verbo tum
ſcriptis, tum traditionib⁹ & nescio quibus non
documentis decretis & reuelationib⁹ conſtet,
Ecclēſie quippe vera documenta ad ſe totamque
posteritatē, quaſi hæredit te quadam & continua
ſuccēſſione eſſe dēducti ac dēvoluti, primatum
atque Petri Cathēdrām ſibi vendicantes, Ius li-
gandi, ac ſoluendi authoritatē Romanū poni-
ficeū cōcli & inferni habere claves ſuccēſſorem
eſſe S. Petri hæredem Apostolorū, vicarium
Christi, ſacerdotem ſimilium, Princepē Episcopō
Patriarchā Abrahām, potestate Samuelē

sapiencia Solomoni successione Petrum & tandem vniōne Christū quos glorioſos & inflatos titulos ac nomina D. Bernardus laudum tam transonicarum & inanum buxinator & praeceo in fermeone quodam ad Eugenium Papam ſcribens tribuit, Item quod stipiti rami quod fonti riuuli, hoc catus ac congregatiōnes reliqua ecclēſia debent Romanę.

Cœleſt. Sunt hæc que a te in primatus defenſionē allata ſunt, verba & folia leuia, in quib⁹ nulla est veritatis medulla, carneliq; ſine pipere ac pinguedine pomaq; exterinfecus iſpeciota ac can- dida, ſed int⁹ purrida omni ſuaui g��u atq; ſapo- re deſtituta, diceré aſſentationes veri⁹, quam aſſe- uerationes, dictū euim est in praecedēti colloquio omnem doctrinam ſecundum Tertulliani ſen- tiam de mendacio iudicandā, quae ſapiat cōtra veritatem, Et quamcunq; ecclēſiam, q̄ib⁹ ſcunq; antiquitatibus & traditionibus ſe iactitet eſſe er- roniam & falſam, que a recto tramite, ab ipso dei verbo deflectat atq; recedat, non enim ut reſtatur D. Hieronimus, altera Romane vrbis, altera to- tius orbis existimanda eſt ecclēſia, & Gallia, Bri- tannia, Africa, Persia, Oriens & India, omnesque Barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſeruant regulam veritatis ſi authoritas queri- tur, orbis maior eſt vrbe quam ſententiam con-



firmat & D. Ambrosius in Cap. 9. ad Corinthios,
Quicquid inquit ab Apostolis doctum non est,
sceleribus plenum est, quod & astruit Irneus,
Lib. 2. Nolo humanis documentis, sed diuinis o-
raulis ecclesiam demonstrari, & quod sine autho-
ritate sacrae scripturæ assertur, eadem facilitate
contemnitur quæ dicitur. Audiamus in contra-
riam partem & ipsum Bernardum de deforma-
tione Ecclesiæ loquentem ecclesia inquit lapides
auto & argento & vestibus induit, & pauperes nu-
dos derelinquit, o insania de eleemosinis paupe-
rum seruitur oculis diuitium.

DIALOGVS. QUARTVS

Cœlest. & Philop.

Philop. Ex doctissimi mis tuis assertionibus meri-
diano sole clarioribus intelligo, Cœ-
lestine diuinorum rerum peritissime, Ecclesiæ
Romanae nullo modo esse veram Catholicam &
Apostolicam, neque veritatis esse columnam in
qua tanquam quadrato lapide omnis rectitudinis
norma consistat, sed potius esse domicilium em-
poriumque omnis superstitionis ac vanitatis om-
nium inquit errorum ac tenebrarum baratrum atq;
speluncam, & si unquam in hoc capite mundi



monarcha sanitas exticit, illa venenosis doctrinis
falsisq; schismatibus atq; decretis impijs penitus
est sublata hue extincta, ita ut spyllos requirat, qui
venenum exugant omneque caput plane langu-
dum est esse. Et ut inquit propheta, siq; diuus Pe-
terus Apostolorum Princeps Romæ principatus ac
apostolatus sui officium, ut illi astrinxunt tenuit,
in eaque vrbe in cathedrali honore consedit, cer-
te successores prorsus ab Apostolica illa doctrina
rumpiter desciuisse ac degenerasse videntur ut ve-
tus Simo Bariona veritatis cœlestis strenuus pro-
pagator & præco sit expulsus, Simonque magnus
præstigiator omnisque falsitatis machinator &
architectus, Antesignanus & Episcoporum falsorū
primus ibidem sit designat & effectus, Abeat er-
go Simon cum Simonia, & redeat Petrus, tu Sim-
patia hoc est recta vna legitimaque verbi diuini
symphonia atq; cōcordantia, si facis hoc Roma re-
deunt tibi maxima dona. Hoc faciens Romi sis, si
non maxima rimi Delirat ergo languidū illud ca-
put Roman⁹ pótifex, qui suram⁹ vicarius Christi
dicitur cū omnibus suis membris ac cultorib⁹, quia
nec veram viam cernit, nec vnuim ducem caput-
que Christum sequitur, eadem namque ratione,
ut doctus sum hanc vitæ viam queri oportet,
qua in alto iter nauibus queritur, qua nili
aliquid cœli lumen obscruent, incertis cursibus

Vagantur, Qui quis enim rectum vitæ iter tenere
natur, non terram debet aspicere, sed cœlū, & ut
apetius loquar non hominem sequi debet, sed
Deum ceterum, non his terrestribus simulachris
sed dominorū domino cœlesti seruire, nō ad cor-
pus referre omnia, sed ad perennem mentem. Ita-
que qui oculos in cœlum intendit, & solem qua-
ritur obseruat, euinq; habet vitæ quasi navigij
ducem, sua sponte pedes eius in viam dirigentur,
& illud cœlestē lumen, quod sanis mentibus mul-
to clarius sole est, quam hic quæcum carne mortali
videmus sic regat lic gubernabit, ut ad summum
sapientiae recteque religionis portum sine ullo er-
rone perducatur, suscipienda igitur lex Dei est,
que nos ad hoc iter dirigat, illa sancta illa una illa
sola cœlestis, Sed quero penes quos cultores lex
illa certa & incontaminata seruat, cui Petri na-
vicularia inixa in medio etiam nanfragio subsistat,
nalloisque horrioni maris fluctus ventorumque
procellas timens inconclusa & infraacta manet, ver-
um priusquam mihi illa explices pauca queso
dissesto, Vnde tam multa schismata heresies di-
uersæq; opiniones irreplerint atq; oborta sint, ut
concordia pacisque christiane vinculum in tam
diuersa doctrinarum genera sit distractum atque
diuisum.

Cœlesti. Ante omnia sciendū est cum ipsum



Chrestum, cum legatos eius, quod multe sectae
atque hereles existere haberent, que concordiam
sancti corporis rumparent predixisse ac monuisse
ut summa prudentia caueremus, illius aduersarij
nostrorum quo nos deus ecolluctari voluit laqueos.
Ille enim est concordiae ac pacis osor iuxarum
dissidiorumque seminaror, omniumque schismatum
prauarum opinionum falsorumq; dogmatum in-
stigator & author. Quemadmodum ab ipso Deo
omnium honorum fonte omnis veritatis cogni-
tio sanaque interpretia promanat, ita qd eius Adver-
satio orationum maiorum Agmina ac Lerna, omnis
doctrinæ falsitas, ac non tenebro sus impiusque
religionis error profundit, cuius instinetu populi
Ius Dei scilicet est, inque perniciosa opinions insa-
nasque heresies distractus. Quare qui aquam
vita cupiat, non ad detritos lacus deferatur qui
non habent veniam, sed vherim atq; Dei nouerit
fontem quo integrus perenni uice potiatur, non
ad lacunas & clysteras, que aquas continere non
valent, surgit, quod finis rum religionis iter pro-
multi sequentia vera Dei doctrina exciderunt,
dittinuque nomini&cetera veru dei cultum perdidere
cum enim Plirges, Nouatiani aut Valentiniani,
Misionite Antropiani, Donatisti, ac Arriani seu
quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt,
Christi nomine amilo humana & externa voca-

bulâ induerunt, sola igitur ecclôsia catholica &
apostolica est, quæ verū cultû retinet, hoc est vnu
deum in essentia in recto & debito obsequio atq;
cultu adorat, sacramenta iuxta Apostolorum tra-
ditionem adeoque ipsius Christi institutione ad-
ministrat, nec non peccatores quos carnis imbe-
cillitas a vero deo auertit incepit atq; oblitus est,
adque resipiscétiā inuitat, ut libetique remedijs
ac pharinaeis eoriū hulcerosas cōsciencias salu-
briter curat sanctumque Dei verbum, quo nihil
evidenter & preciosius recta fide veraq; negoti-
atione dispensat, hic est fons veritatis, hoc est do-
miciolum fidei, hoc templum dei, quod si quis nō
intrauerit, vel a quo si quis exiuerit a spe vite ac
salutis aeternæ alienus est. In conservanda huius
veræ ecclesiæ certitudine ob oculos statuatur ve-
tus illa Cipriani & Vincentij Litenensis sententia:
Quod prius hoc verius, id dominicū & verū quod
est prius traditum hoc extrancum & falsum quod
est posterius immissum, nullaque debet valere vel
subsistere consuetudinis præscriptio, quæ non sta-
bilita ac fundata est sancto dei verbo, discordant
igitur omnes a fidelibus Christianorum homi-
num consortijs pijsque cæribus, qui eccliam
Christi precioso suo sanguine liberatam & li-
beram suis impijs obstringunt decretis atque
legibus, confundantur & a facie Dei tanquam

sumus pereant, qui manu facta clementia, insensi-
bilia simulacha coluerunt & viuas sensibileisque
imagines homines intellectu & ratione preditos,
adq; ipsius Dei imaginem conditos diuexarant
varijs tormentis affecerant, exquisitisque mortis
generibus nefarie crudeliterq; fustulerunt. Quis
penes latrones, homicidas, perduelles ac sacrile-
gos veram & Apostolicam ecclesiam quæsierit,
vincit officium lingue sceleris peracti in nefarijs
isti dei hostibus magnitudo, res sane omni admir-
atione dignissima quam sane mentis homines,
quibusque diuinum decoctum mansuetumque
iudicium obstupecere debet, cur videlicet clemē-
tissimus patientissimusq; dominus Deus tam diu
tenebras illas cymmetrias horrendosque errores
dissimilauerit, tantam imitansitatem & barbari-
cam persecutionem in Christi simplices oues ex-
erцитam sustinuerit atque pertulerit, quodq; iusti-
ficiam iudiciumq; suum, aduersus cyclopicos
& Pharaone duriores hostes tam diu procastina-
tus sit ac distulerit.

Philop. Certe & hoc ipsum ego sapienti-
ero admiratus sum, hominum pectora co de men-
tie & cæcitatris posse rapi, ut omni dei metu atque
amore abieco, in qua cuaque sceleris perpetran-
da se precipitent, quid vero de obduratis istis atq;
truculentis hostibus sit censendum; quæso paucis
me instituas.

Cœlest. Proptius & clemēs Deus est tardus,
que ad iram, misericordia sua ineffabilis sapientia re-
cordatur, manū suā a iusto suo iudicio saepen-
mero retrahit, patienter multa ferens nolens quē-
quam perire, sed omnes resipiscere, ad quæ peniten-
tiam conuerti, & hanc voluntatem suam nobis cū
per suas diuinas operationes admirandos cœli
aspects, coheretas ac siderum cōstellationes, tum
maxime per diuini sui verbū, cui nemo nūl, infide-
lis ac impius refragari ac contradicere debet vir-
tutes, tum per eiusdem fideles præcones, diuino-
rumque oraculorum dispensatores, anunciat at-
que declarat, cum vero sua mansuetudine pater-
naque clementia, qua erga mortale genus tangi-
tur, se nihil proficere videt, sed homines tanquam
immanes belugas, in omnia sceleras, & quoduis il-
licitum facinus temerarie & violenter ruere con-
spicit lenitatem suam in Iusticiæ rigorem conuer-
tit, & aduersus huiusmodi rebelles & præfactos
diuinaque sua maiestati reluctantes hostes struc-
tissimo iudicij gladio procedit, non desistens do-
nec eos penitus conterat, ad nihilumq; redigat,
ut sequentibus disciplinis admoniti & castigati
creatore suum atque parentem digne timeant
metuant atque honorent ab eoq; solo omne hu-
men, potentiam victoria inque aduersus quolibet
hostes implorcent atque petant.

dus.
c re-
enu-
quē-
ten-
is cū
cali-
tum
fide-
vir-
ino-
at
ter-
ngi-
am
sil-
on-
uer-
tos
uc-
do-
gat,
rati-
ant
pu-
ber

DIAOLOGVS QVINTVS.

Philop. & Cœlest.

Philop. Sed pratermissis istis vtpōte satis dis-
cussis & explicatis, tum etiam ex ve-
teri instrumento latis notis, multisq[ue] exemplis
demonstratis, quomodo deus iram suam aliquan-
do differat tarditatemq[ue] supplicij tandem graui-
tate cōpensat, quæro latius petitioni meæ insitens
ac certiorari cupiens, vbi & penes quos vna fides
iusticia pietatisque virtus & singularis dei omnium
imperatoris nostri sub quo strenue militare inq;
acie stare iubemur, si inuestiganda. Quocumque
enim me vero, siue ad dextram siue ad sinistram
deflecto semper inter scopulos nauigare me vi-
deo, & vbiique quod reprehensione & omni castiga-
tionē dignum sit & indigeat, reperto, cum varia
& multiplex doctorum ac scriptorū inter se ac ri-
ter contendentium me conturbat doctrinā atque
sententia.

Cœlest. Vero verius hoc ipsum est, & res ipsa
experiencia omnium rerum doctrinæ comproba-
tur, simplicium mentes & conscientias, tanto dis-
ciplinarum dogmatumque turbine atque tumultu
valde confundi ledi atque perturbari. Est enim
præsens nostrum hoc seculum in eo statu ac car-
dine constitutum, cui conuenientissime possunt

esse sententia. Quot capita tot sensus, mille hominum species & rerum discolorū usus, pectoribus mores tot sunt quot in urbe figure. Item, quod quisque nō ait disserit, hoc profert quod intelligit. Quot sunt in mundo flumina. Tot sunt doctrinām dogmata, quis in tanta controvērsia, variis rebus in discrimine lupum ut est in proverbio auribus non teneat, secundum reputans & deliberans quod religionis iter eligat atque comprehendat, mens enim nostra in varias conceptiones ac imaginationes se diuidit atque discurrat, multisque modis ratiocinatur, persuadēs sibi multis etiam acclamantibus idemque sentientibus non insimile sapientiae & autoritatis virtutis, apud eos querendam esse pietatem iusticiam, atque rectum religionis cultum, qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus feruant, qui amici sunt etiam inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt, omnemque animi furorem tranquilla moderatione lenire possunt.

Philop. Quanta igitur caligo, quanta tenebrarum & errorum nubes hominum pectora obduxit, qui cum se maxime pios putant, tum fiunt impij. Sunt enim quam plurimi cultores scilicet omnibus vanitatibus & superstitionibus addicti

addicti, qui quanto terenis istis simulachris religiosus inscruiunt, tanto magis scelerati aduersus nomen veræ diuinitatis existunt, Merito ergo huiusmodi superstitionem & immodicam pietatem pœna cōsequetur & offensa diuinitas scelere hominum prae religiosorum, huiusmodi digno iusticie gladio diuerabit, qui licet in extrinseca, simulata fictaque quadam pietate ac sanctimonia vivant, tamē quia mortuos mortalesque deos collunt, quorum vitus impios & falsos, verus Deus odio habet execratur & abominatur, a iusticia & nomine vere pietatis alieni existunt.

Cœlest. Libet hic cum Persio in tanta hominum cœitate tamque obstinata & obdurata voluntate exclamate, o curas hominum, O quantum est in rebus inane, o curuę in terras animas & cœlestiū inanes. Quis enim dementiam corū satis demirari possit, qui cum homines esse debuerant & poterant, beluariū naturam induunt, tantoque irę impetu excandescunt ut naturali pariter & diuino iure violato ac corrupto, ne dicam ob magnam copiam natam ferociam quam imberunt & incoquerunt, extincto innocentem sanguinem tanquam aquam crudeliter latronū more fundunt. O scelus, o rabies, o eęca & dira potestas. Quis enim omnes, qui nomen Dei fideliter & constanter confessi sunt, suamq; fidem magnis tormentis

& persecutionibus contestati , quos aduersarij hostesque veritatis, cum ignis, tum crucis ac gladij aliorumque suppliciorum genere condemnarunt, enumerauerit.

Philop. Sed non mirandū hoc , cum id semper ab impijs iniquis atq; peruersis hominibus, vt innocētia sēmper odio sit habita, veritas pressa factitatum esse legimus sicuti consideratione dignum carmen hoc indicat , sanguine fundata est ecclesia, sanguine cōspit, sanguine succreuit , sanguine finis erit.

Philop. Sed veritatis hostes pessimi , suis se armis cōsciunt, dum veritatem , quæ tanquam clarissimus sol tenebrosas & caliginosas nubes, virtute sua penetrans , omnibus etiam inuitis & resistentibus hostibus, erūpit existit atque energet, tollere ac opprimere machinantur. Tum enim optimus & yberrimus est veritatis progressus, vt quando premitur, attollatur , vt quando deficere videatur, proficiat , cum decrescere , crescat, vt in Arcturo qui ecclesię configuratur considerarius licet intneri, virtus enim quatientibus malis capit stabilitatem, quoque magis impellitur eo magis roboratur & confirmatur , in infirmitate namque vt testatur D. Paulus perficitur. Et hæc est causa cur sapientissimus Deus electos suos tantis temptationibus & molestijs quandoque su-

deserit, erecti fortius eluctari, ac respirare, tandemq; diuino numine tactis & obstupefactis hostibus resurgere possint, secundum prouerbiale dictum ac verum sperandum est victis, victi persæpe resurgunt vidi gaudentem paucō post tempore flentem.

Philop. Iam Cœlestine intelligo cœlestius ac diuinus in religione Dei instructus, cur deus religionem suam verumque cultum tam varijs pudenſis impijsque hæresibus atque opinionibus finit irretiri, ut nimis uia hac vna exorta pietate ac fide omnes summa cū laude euerteret hostesque cum quibus pugnaret haberet, quoniam sine discriminatione nihil sit egregium, nullaque datur corona atque victoria, vbi non est legitima concerto siue pugna.

Cœlest. Non in hoc hallucinaris sed rectissime sentis, deus enim cum formasset hominem veluti simulachrum suum, quod erat diuini opificij summum, insperauit ei sapientiam soli, ut omnia imperio atque ditioni suae subiugaret, omnibusque mundi commodis vteretur, proposuit tamen bona & mala, quia sapientiam dedit, cuius omnis ratio in discernendis bonis atque malis posita est, nō potest enim quisquam eligere meliora & scire quod bonum sit, nisi sciat simul reiecere ac vitare quæ mala sunt, inuicem enim sibi alterutrum co-

C



nexa sunt ut sublato altero vtrūq; tolli sit necesse, propositis igitur bonis & malis, illisque distinctis, opus suum peregit sapientia, & quidem bonū appetit ad utilitatem, malum reiicit ad salutem, ergo sicut bona innumerabilia data sunt homini quibus frui possit, sic etiam mala quæ cauerit. Nam si malum nullū sit atque periculum, nihil deniq; quod hominem ledere queat, tollitur omnis materia sapientie, nec erit necessaria, positis enim in conspectu tantummodo bonis quid, opus iudicio, intellectu sciencia & ratione.

Philop. Vera sunt hæc neque quisquam nisi maleferiatus homo contradicere debet, quæ ex sapientia tuę sacrario depropensi, proposuit namque deus. vi & ipse in diuinis voluminibus legi, homini bonum & malū, ignem & aquam, dextrū & sinistrum ad quæcumque velit manū porrigere conceditur, verū ut bona sibi saluberrima eligere, & mala sibi noxia evitare posset, addidit discretiō nem mentem & iudicium, ut quid inter diem & noctem, inter solem & lunam atque inter lucē & tenebras, hoc est veritatem & falitatē interreflet, discernere diuidareque posset. Quod lumen licet per inobedientiam lapsumque primorum parentum sit corruptum atque viciatum, per secūdi tamen Adami obedientiam est illuminatum restitutum, adque eum modū expolitū, ut homo crea-

esse,
tis,
ap-
ergo
qui-
Nam
niq;
ma-
m in
cio,

nisi
x fa-
am-
legi,
xtrū
gere
ere,
etio-
m &
ce &
ffet,
licet
ren-
li ta-
est
rea-

tura Dei nobilissima creatorem suum inuisibilem,
per ea quae facta sunt visibilia conspiciat atque
cognoscatur. Ad quod diuinę cognitionis opus cog-
noscentium, diuina maiestas, multa miracula &
portentifica facta, quibus ut in altiorem & abstru-
fiorem spiritualium rerum sensum raperemur, di-
uina sua virtute in conspectu multorum, ut maior
suæ diuinæ doctrinæ fides esset & autoritas, adi-
dit atque perfect, quemquomodo intelligi debeant,
& quam significantiam & declarationem habue-
rint, latius atque dilucidius quælo mihi explicato.

DIALOGVS SEXTVS,

Cœlest. Philop.

Cœlest. Petitioni tuæ in explicandis diuinorum
operum misterijs ac significationib.
libens ut hactenus feci, accedam atque acquies-
cam, tu recta monenti quod boni discipuli & au-
ditoris officium postulat, attentas aures porrige,
exempla quædam quæ ab Euangelistis disci-
buntur atque narrantur, ut melius comprehendas,
firbijciam, multa sub inclusio retinente misteria
sensu. Aperuit cœcorum lumina cœlestis virtus, &
lucem non videntibus reddidit, hoc facto signi-
ficabat fore, ut conuersus ad gentes, quæ Deum
nesciebant, insipientium pectora luce sapientiae

verz illuminaret, & ad veritatem cōtemplandam
cordis oculos aperiret, vere enim cæci sunt, qui
cœlestia non videntes & tenebris ignorantiae cir-
cumfusi tertena & fragilia venerantur, patefecit
aures surdorum, non vtique hactenus vis illa cæ-
lestis operata est, sed declarabat bteui fore, vt qui
erant veritatis expertes & audirent & intelligeret
diuinæ Christi voces, vere enim surdos dixeris,
qui vera & facienda non audiunt, item mutorum
linguas in eloquium soluit, admirabilis etiam cū-
siceret potentia, sed inerat huic veritati alia virtus
& significatio, quę ostenderet mox futurum, ut
rerum cœlestium nuper ignari percepta sapientię
disciplina, de deo & veritate dissererent, nam qui
rationem diuinitatis ignorat, is vere elinguis &
mucus est licet omnium sit disertissimus. Lingua
enim cum verum loqui cœperit id est virtutem
maiestatemque dei singularis interpretari, tum
demū officio naturæ suæ fungitur, quamdiu au-
tem falsa loquitur, in vsu suo non est, & ideo in-
fans sit necesse est qui diuina proloqui non potest.
Pedes quoque claudorum ad officium gradiendi
reformauit, laudabilis, diuini operis fortitudo, sed
figura id continebat, quod erroribus vitæ secula-
ris ac deuia, iter veritatis aperireretur, per quod
gradarentur ad dei gratiam consequendam, Is-
enim vere claudus extimandus est, qui caliginę ac

tenebris insipientiae implicatus, & quo tendat ignarus, offensibilibus & caducis gressibus per viam mortis incedit. Mortuorum denique corpora erexit eosque nominibus suis inclamatos a morte revocauit quid congruentius deo? quid miraculo dignius omnium seculorum, quam decursam vitam resignasse, completisque hominum temporibus tempora adiecisse, arcana mortis reuelasse? Sed haec inenarrabilis potestas, imago virtutis maioris fuit quæ demonstrabat tantam vim habeturam esse doctrinam suam, ut gentes in orbe toto, quæ alienæ a deo, subiectæ morti fuerunt, cognitione veri luminis animatae, ad immortalitatis præmia petuerint. Eos enim recte mortuos existimaueris qui datoremvitæ deum nescientes, atque animas suas a cœlo in terram deprimites in laqueos aternæ mortis incurront. Quæ igitur tum faciebat in p̄sens, imagines erant futurorum, quæ illis maleque affectis corporib⁹ adhibebat, ea spiritualium figuram gerebant, ut & in presenti virtutis nobis terrenæ opera monstraret, & in futurum potestatem cœlestis suę maiestatis ostenderet. Hec iam dieta sufficient ijs quibus veritatis via placet atque grata est precamurque, ut qui nondum decorticati in cortice litteræ delitescentes, ac ignorantiae tenebris circumfusi cœlestia nondum comprehendunt per haec interio-



ri mentis spiritu renouentur, & a eaducis & sensibili ad mistica & spiritualia traducantur, quod omnibus in Christo Iesu exoptamus.

EPANORTOSIS

CENSURA AC IUDICIVM AV-
thoris de suis lucubrationibus ac
ingenij cultibus.

SI quid in his ingenij laboribus ac monumētis,
ab ipso dei verbo vero Heraclio ac lydio lapide
dinerunt dissentaneum ac alienum, quod verita-
tem non iapiat deprehēdatur ac inueniatur, hoc
diuinitus magis edocti, diuinique numinis ac spi-
ritus sancti gratia illuminati viri, vngue ac atro
carbone notare, sigillare, redarguere atque casti-
gare velint. Non enim, ut multi antropomorphitæ
ac sarcophagi in corticibus litterarum ac religio-
num vmbbris, eeu cochleę in testis suis delitescen-
tes, ac lampirides in tenebris scintillantes qui ut
incorrigibiles ac inconuertibiles ita erroris suc-
sum imbiberunt ut Athiops testante Propheta
citus pellem. & pardus varietates suas mutauerit,
tam duro, stoico ac Pharaonico animo fuero, qui
in erroneis stilum vertere, calculum reducere, ob-
scurus lucem addere, abrupta mollire non velim,
sed que minus circumspecte ac sapienter vereque

dicta, cum D. Hieronimo cum tali limitatione
sua scripta ac volumina offerente. Hæc est confessio
nostra hæc doctrina, quam discimus in ecclesia ca-
tholica, si vera atque bona est accipiatur, si mala
reprobetur aut corrigatur, reuocare atque corri-
gere cupiam in Christo Iesu vero sapientie atque
veritatis lumine, qui omnium in tenebris palpi-
tantium metes splendore suo illuminet, ut veram
viam inueniant, & ad finem in ea perseuerent at-
que persistant.

¶ Notabilis D. Augustini sententia quæ extat
Libro 3 de doctrina Christiana Cap. 9. vbi de
signis quibusdam differit.

Hoc vero tempore posteaquam resurrectione
domini nostri Iesu Christi manifestissimum
iudicium nostræ libertatis illuxit, nec eorum qui-
dem signorum quæ iam intelligimus operatione
graui onerati sumus, sed quædam pauca pro mul-
tis eademq; factu facilliama & intellectu angusti-
simæ & obseruatione castissima, ipse dominus &
apostolica tradidit disciplina sicuti est habtissimi
sacramentū & celebratio corporis domini, Quæ
vnuſquisq; cum percipit, quo referantur, imbu-
tus agnoscit, ut ea non carnali seruitute sed spiri-
tuali potius libertate venetetur.

¶ Sic visum est animo, sic mens cogesta poposeit
Sic voluende cetas commutat tempora rerum
esse philanthropon decet esse ginoskete chroñō.
F INIS.




892

716
4

DIALOGORVM

IBELLVS, IN Q VO DE DIVERSIS
eligionibus ac hæresibus , deq; earum proditione
tru ac origine & quare prouidentissimus Deus eas
permiserit argumentis & rationibus in vtramq;
partem diductis agitur ac tractatur,
& vbi verus Dei cultus
sit quærendus.

Per Iohannem Polidorum Deldensem.
Theologiae Candidatuin.



Apogyca Ysogycæ,

VLTRAIECTI.

Salomon Arnoldi, & Iohannes Conradi,
Excudebant. 1589.

